



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio tertia. Vtrum actus intellectus sit liberior quàm actus volunta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

## Magistri Durandi de

potest intellectus sifere qd non procedatur ad consernum transiudi per studi determinat, & per id potest repellere omnia occurrentia que possent mouere ad consensum, nisi murarent contingentia in necessitate: puta si pons caderet tunc enim transire per nauem, quod erat prius contingens factum, esset necessarium, sed manente contingentia & possibilite virtusq; medi, omnia occurrentia possunt repellere pro hoc qd semper iudicabitur non necessarium quocunq; addito, & ideo potest dimitti vel actus fulciendi quo iudicatur tale medium determinate eligendu, quia sine eo potest haberi finis: qd si aliquod tale medium eligitur, liber est eligitur, quia potest non eligit ratione iam dicta. Rursum quia non solum iudicamus quodlibet istorum mediorum esse contingens accipiendo quodlibet istorum se sed iudicamus alterum necessarium in vniuersali & indeterminate, ideo necessarium volumus indeterminate alterum istorum, & propter hoc sicut in potestate nostra est sifere vel suspenderet conclusum iudicium titius vel illius determinate, sic in potestate nostra est per eundem actum cu voluntate predicta mouere ad inquirendum quod illorum mediorum acceptabit, vt melius ex quo alterum oportet acceptare, que in quicunque fieri imperando exercitum viri inferiorum ministrantium obiecta intellectu & voluntati sub diuersis rationibus appetibilis vel resipibili, omnibus tamen contingentie habentibus: & ideo semper impeditibl. Et sic patet qd libertas in nobis depe[n]det ex aliquo principio actiuo, & quid illud.

*suis dicitur.*

25. Sed hic infirgit vnum dubium: quia si libertas est in nobis respectu exercitii actus, quia exercitum imperatur per actus intellectus & voluntatis, tunc illud per quod habemus primū dominium nostrorum actuum non est potestia, sed actus vnum vel plures, cum ergo liber arbitrium dicatur illud principium per quod habemus dominium nostrorum actuum, sequitur qd liberum arbitrium non erit potentia, sed actus cuius oppositum dictum fuit in prima questione. Ad quod dicendum est quod non omne illud quod necessario præexistit ad actum liberum, potest dici liberum arbitrium. Sed oportet qd sit principium actus liberi arbitrii, actuum vel passiuum. Tale autem principium non potest esse aliquis actus intellectus vel voluntatis, qui principium actuum vel passiuum simul est cum effectu: vnum autem actus intellectus non est simul cum alio actu intellectus, & id est de voluntate. Et ideo nullus actus potest esse lib. arb. quia illud non est per se principiu[m] alteri, nec actuum, nec passiuum. Et ponitur exemplum, Aliquis vult sanitatem secundum se. Postea occurrit quod non potest eam habere, nisi mediante potionem. Et ideo eligit portionem quam nunquam elegisset, nisi propter sanitatem quā vult, numquid actus quo vult sanitatem, est principium effectuum, vel passiuum electionis medicinae? Certe non, quia vel sunt idē actus, vel duo. Si vnum & idē non est ibi causalitas, quia idem non est causa sufficiens. Si duo tunc non possent esse simul, & sic vnum non est causa effectiva, vel receptiva alterius, quia causa & effectus sunt simul, & tamē actus eligendi potionem processit ex actu volendi sive remota. Et similiter in proposito, licet aliquis actus necessario præexistit ad actum liberale, non est tamē causa eius actua vel passiuum. Et ideo non est lib. arb. Est enim necessaria suppositione inter multa, que non se habent sicut causa & effectus.

26. Ad rationes principales respondendum est. Ad primū dicitur qd habere ad virum liber, & nihil posse agere ad suam determinationem, est conditio purē passiuum, & tunc minor est falsa: quia quanvis lib. arb. se habeat ad vrum liber, tamē aliquid agit ad suam determinationem, & ideo non est purē passiuum.

27. Ad secundum dicendum est per interemptionē maioris. Et cum probatur qd effectus iudicatur ex causis proximis, & non ex remotis. Dicendum est quod iudicium de effectu quātum ad conditionē necessitatis & contingēti sumitur ex omnibus causis, tam proximis qd remotis, quia ad necessitatē effectus requiritur qd omnes causae sunt necessarie. Ad contingēti tam autem eius sufficit qd altera fit contingens, nec refert qua sit illa, proxima, an remota: sicut in syllogisticis conclusio est contingēti si altera præmissa sum sit contingēti sive maior, sive minor. Et ideo contingēti actus liber i potest esse ex sola causa remota.

## Sancto Porciano

28. Ad tertium dicendum qd voluntas potest se habere ad actum suum liberum aliquo modo actiuo, in quantum per intellectum & voluntatem potest suffici actus electionis & iudicij correspondet, vt declaratur fuit prius. Et cum probatur quod non, quia si voluntas se haberet actiuo ad suum velle, hoc esset aut inquantum voluntas, aut inquantum volens, aut inquantum voluntas se velle: dicendum quod actiuas que suffici ad liberas, non requiri actualiter agere, sed sufficit posse agere quod non agitur, vt in peccato omissionis, vel posse non agere quod agitur, vt in peccato commissionis. Tale autem potest est in intellectu & voluntate per aliquos actus precedentes actus liberos, & sic per velle liberum non habet actiuas ad illud velle, ga[nd]re est causa sui ipsius. Sed per velle necessariorum quod procedit, non quia illud sit causa actua in media, sequitur velle. Sed quia per illud prius potuit suspendi actus iudicij & actus volendi. Et ideo impetratur nobis ex eo qd impeditio potius, & non impediunus.

29. Ad quartum dicendum per interemptionē minoris, quia intellectus practicus licet esse pure passiuum respectu actus liberi quātum ad terminationē, actus habet tamē actiuatē respectu exercitii. Et cum probatur quod non, quia illam actiuatē haberet per aliquem actum intelligenti, vel per aliquid primum omnī actui. Dicendum qd per actum aliquem intelligendi qui non est simul cum actu intelligendi libero. Et ideo non est causa eius effectua in media, sed est primus tanquam potens impeditio, vel non impeditio actum sequentem.

30. Ad quintam dicendum est quod illud quod competrat aliuc nihil ageri nec potenti agere, potest competrere purē passiuo, sed lib. arb. non est huiusmodi etiam in Deo, quia licet Deus nihil egiri ab ēterno, habuit tamē potentiam ab ēterno per quam potuit agere quod non egit. Item libertas in Deo non est ad habendum actum vel non habendum.

31. Ad sextam dicendum qd ad libertatē in nobis non sufficit immaterialis cum actiuatē. Sed requiri potestia libera sit immaterialis, & aliquo modo actua, & cum hoc sic cognoscens vel sequens cognitionē. Et quia intellectus agens non est cognoscens, nec sequens cognitionē, ideo non est liber quanvis sit immaterialis & actus si tamē sit aliquis talis intellectus.

32. Ad argumentum alterius partis responderemus dicendum est. Ad primū cum dicitur qd culpa est malum quod facimus dicendum est qd vno culpa sit malum imputabile sufficit qd ad culpari sic nos habemus actiuo qd ad nos debet imputari. Hoc autem est per actiuatē quam habemus respectu exercitii actus dato qd nullā habemus respectu determinationis.

33. Ad secundum dicendum quod lib. arb. quantum ad actus exteriores imperatos & fortuna reducuntur ad idē genus casus videlicet efficiens quia respectu actuum imperatorum lib. arb. nullo modo habent rationē passiuum, sed respectu actuum electorum est aliud ut patuit in deductione questionis.

34. Ad tertium patet per idē quod libertas non competit purē passiuo nisi sit aliquo modo actuum vt declaratum fuit.

## QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum respectu actus intelligendi sit in nobis maiori libertas quam respectu actu volendi,

an econtrario.

Thom. I.2.q.17.ar.1.ad.2.

Tertio queritur respectu cuius actus sit in nobis maiori libertas, scilicet an respectu actus intelligendi, an respectu actus volendi. Et arguitur quod respectu actus volendi, & per consequens quod voluntas sit liberius, quia primus actus lib. arbitrii est electio. Sed electio est magis actus voluntatis qd intellectus, ergo voluntas est magis libera quam intellectus.

Secundo quia in potentia ordinatis posterior est perfectior. Sed intellectus & voluntas sunt potestia ordinata, & voluntas est posterior intellectu, ergo est liberius, quia liber

## Lib. II. Distinctio. XXIII.

libertas ad perfectionem pertinet. Maior de se est manifesta quia ex cunctis ordinibus naturae est processus de imperfecto ad perfectum, & ideo posteriora sunt perfectiora. Minor de se patet, scilicet quod voluntas sequatur intellectum.

3 Tertio quia illa sola potentia est libera, vel sicut principale in qua sola est peccatum vel principalius, sed voluntas est huiusmodi, ergo &c. Major patet, quia peccatum non est nisi in libertate arbitrio. Minor probatur per beatum Augustinum, qui dicit quod peccatum est adeo voluntarium quod nisi esset voluntarium non esset peccatum, & ita peccatum ait solum aucto principali est in voluntate, quare &c.

4 Quartu[m] quia illa potentia est magis libera quam in nullo actu suo potest cogi, quia illa que potest cogi in aliquo actu. Sed voluntas non potest cogi in aliquo actu suo, intellexus autem cogitur per demonstrationem, vnde Philosophus dicit quod quidam assenserunt aliquibus conclusionibus ab ipsa veritate coacti, ergo voluntas est liberius.

5 Quinto quia potentia pure passiva non potest esse libera, sed intellectus respectu accusi intelligendi est pure passivus, quia intelligere est pati (ut dicitur, de anima) ergo intellectus non est liber, voluntas autem est libera, quare &c.

6 Sexto quia sicut se habet sensus ad appetitum sensitum, sic intellectus ad voluntatem. Sed appetitus sensitum est liberius & sensus, ut probatur: ergo voluntas est liberius, & intellectus. Minor probatur, quia appetitus sensitum obedit rationi, ut dicitur in fine. i. Ethic. Et sic participat aliquid liberatim; & ponitur esse subiectum virtutis, sensus autem liberatorem nullam participat, quare &c.

7 Septimo quia libertas est proportionaliter in deo & in nobis, ut dicit Anselmus in principio de libero arbitrio. Sed in deo voluntas est liberius quam intellectus, ergo & in nobis. Minor probatur, quia Deus necessario sicut quicquid fecit, sed non necessario vult quicquid vult, ergo Deus est liber quantum ad voluntatem, & non quantum ad intellectum.

8 IN CONTRARIUM arguitur primo, quia sicut se habet cognoscens ad viuens, ita se habet liberum ad cognoscens; sed omne cognoscens est viuens, & secundum emne illud quod cognoscit viuens, ergo similiter omne liberum est cognoscens, & secundum omne illud quod est liberum cognoscit. Sed per voluntatem non cognoscimus, immo per intellectum, ergo per voluntatem non sumus liberi, sed solum per intellectum.

9 Secundo quia potentia quae est magis indifferens ad opposita, est magis libera. Sed intellectus est magis indifferens ad opposita quam voluntas, ergo est magis liber. Major patet, quia ratio libet, ac confitit in indifferenti, per quam possumus in aliquid vel eius oppositi, ergo potentia quae magis est indifferens ad opposita, est magis libera. Minor probatur, quia potentia rationales sumus ad opposita (ut dicitur, i. Meta.) Sed intellectus est magis rationalis quam voluntas, cum sit rationalis per essentiam, voluntas autem per participationem solum, ergo &c.

10 Item illa potentia est magis libera, quae minus dependet ab alia. Et hoc statim probatur per illud quod dicitur, i. Met. quod liber est gratia sui. Sed intellectus minus dependet a voluntate quam a conuerso, quia voluntas non potest exire in actu sine actu intellectus praeiungit. Intellexus autem ad hoc quod exeat in actu, non praevexit praeiungi actu voluntatis, ergo intellectus est liberius quam voluntas.

11 Item liber, arbitrio dicitur esse facultas rationis & voluntatis, hoc ergo intelligitur de virtutibus per se, aut de virtutibus simul. Si de virtutibus per se, sequitur quod voluntas sit liberius, & qualiter pertinet ad distinctionem. Si de virtutibus simul, sequitur idem per eandem rationem, & sic videtur quod virtus potentia sit liberae qualiter.

12 RESPONSO. Quoniam quod si ista directe & precise si remota de libertate arbitrii, tamen latius tractabitur. Ad cuius intellectum adiungendum est, quod quoniam libertas largissime sumpta dicatur immunitas a quocumque bono siue malo culpa vel paupertate, secundum quem modum Apostolus ad Romanos 8. dicit, peccatores esse liberos iustitiae quae carent iustitia, & iustos dicit liberos a peccato, quia carere eo. Et in 8. cap. dicit quod beati liberabuntur a servitute corruptionis, quia carebunt omni miseria & corruptione. Tamen quia iste modus libertatis nimis est improprias

## Quæstio III.

& impertinens ad propositum, ideo dimittatur. Ad praefatos autem potest lunus libertas tripliciter. Vno modo præcarentia ordinis ad aliud tanquam ad finem, & sic dicitur liber qui est gratia sui finaliter. Seruus autem qui est propter aliud, i.e. propter dominum. Et sic loquitur de libertate Philosophus, i. Meta. Et quia de hoc dicitur, 4. lib. ideo ad præfatos dimittatur. Secundo modo accipitur libertas præcarentia vel immunitate a coactione in cognoscitibus. Tertio modo accipitur pro immunitate a necessaria determinatione respectu oppositorum, quae nihil aliud est quam facultas ad opposita.

13 Tunc ad questionem dicendum quod loquendo de libertate, quae est immunitate a coactione, sic dicendum est quod intellectus respectu actus sui eliciti, qui est intelligere, est ex quo liber sicut voluntas respectu actus sui, qui est velle. Quod probatur duplum. Primo sic, actus qui est secundum inclinationem rei, non potest esse violentus, vel coactus: sed omne intelligere est secundum inclinationem intellectus, sicut velle est secundum inclinationem voluntatis, ergo nullum intelligere respectu intellectus est coactus vel violentum, nec aliquid velle respectu voluntatis. Major de se patet, quia causa prædicta est in subiecto. Opponuntur enim esse secundum inclinationem rei, & esse violentum seu coactus. Minor manifesta est, quia inclinationis intellectus est ad omne intelligere, et enim homines natura scire desiderant, ut dicitur, i. Meta. Et intellectus est quo est possibile omnia fieri, ut dicitur, i. de anima, vnde naturalis eius inclinatio est ad omne cognoscere, & sic pater minor, sequitur ergo conclusio.

14 Secundo sic, omne illud quod potest cogi habet in inclinationem determinatam, & determinatum modum. Sed inclinatus intellectus ad intelligere non est determinata, nec secundum determinatum modum, ergo intellectus non potest cogi respectu intelligere. Major patet, quia enim lapis habet determinatam inclinationem ad locum, deorsum & secundum determinatum modum, scilicet secundum modum sive gravitatis, ideo potest cogi: aut quia impellitur sursum, aut quia impellitur deorsum velocius & requirit sua gravitas. Sed si lapis haberet inclinationem ad omnem locum, & ad omnem modum motus, impossibile esset quod violenteretur ad aliquem locum vel motum, quia vbicumque moueretur, & qualitercumque qualiter esset secundum inclinationem suam. Similiter quia materia prima est de se in potentia ad omnem formam, determinatur autem ad hanc, vel ad illam per certas qualitates, ideo considerando naturam materie prima secundum se, omnis generatio est naturalis, & nulla violentia. Sed considerando dispositionem, materia prima determinantes ipsam inueniuntur quædam generationes violentia. Et sic patet maior, scilicet quod omne illud quod potest cogi habet determinatam inclinationem & secundum determinatum modum. Minor similiter manifesta est. Non enim intellectus habet aliquam determinatam inclinationem ad unum intelligere, & non ad aliud, nec secundum unum modum, sed habet inclinationem ad omne intelligere, & secundum omnem modum, quare &c. Et sic patet quod intellectus non cogitur, ne potest cogi respectu actus intelligendi, sicut nec voluntas respectu actus volendi. Et idem est intelligendum de quacumque potentia apprehensiva vel appetitiva respectu actus sui eliciti.

15 Si autem loquamus de libertate tertio modo dicta quæ sola dicitur liberas arbitrii, quae nihil aliud est quam facultas ad opposita absq[ue] necessaria determinatione ad alterum. Adhuc mihi videtur falso meliori iudicio quod intellectus est per prius & principalius liber quam voluntas. Ad quod secundum breuerem resumendum est illud quod dictum est prius in secunda questione, scilicet quid est illud mediante quo habemus in potestate nostra exire in alium quemcumque, vel non exire, & exire in aliquem actum vel oppositum, & sicut dictum fuit tunc illud est tam in Deo quam in nobis notitia quæ habemus de contingenti connectione aliquorum volibilium, ad per se & necessario volabilia. Ex eo enim quod aliquod mediū iudicatur non necessarium ad consequendum finem quem volumus, possumus stire a iudicio concludere illud esse eligendū, & per consequens ab electione: Et per idem principium possumus

172

d. 49. q. 4.  
num. 2.2.

X 4 repel

DU  
DU  
Magistri Durandi de

repellere omnia occurrentia quae nata essent secundum  
se intelligere illud esse eligendum, dum tamen sint causae  
genitoria, ut nunc declaratum tuit: & si tale medium eligitur,  
liberum est eligi, quia potuit non eligi, cum non sit necessarium  
ad finem quem volumus. Rursum quia finis quem volumus  
non potest haberi nisi per illud medium, vel aliquid aliud  
ideo necessarium volumus indeterminate aliquod medium  
per quod finem consequamur. Et ideo sicut in potestate nostra  
est filtrare vel suspenderem cœlum iudicium illius,  
vel istius mediū determinare. Sic in potestate nostra est  
per eundem actum cui voluntate praedicta mouere ad in-  
quirendum quod illorum mediorum acceptabatur, ut me-  
lius ex quo alterum indeterminate est necessarium, quæ  
inquisitio fieri imperando exercitum virum inferius  
ministratum obiecta intellectus & voluntatis sub diuersis  
rationibus appetibilis vel respubilis, omnibus tamen  
contingenter se habentibus.

18 Hoc supposito probatur suppositum dupliciter. Pri-  
mo ex parte actus necessariorū, medianibus quibus ha-  
bemus actuū liberorum dominium. Secundo ex parte  
actuum liberorū, quorū habemus dominium. Primo sic,  
illa potentia est per prius & principalius libera, per cuius  
actum habemus per prius & principalius dominium actuū  
nostrorum, sed talis potentia est intellectus magis & volun-  
tas, ergo intellectus est per prius & principalius liber quam  
voluntas. Maior de se patet. Minor probatur, quia cu per  
duos actus habemus ceterorum dominium, scilicet per  
notitiam connexionis contingentis aliquorum volibiliū  
ad per se & necessario volabilia, connexionis dico contin-  
gentis quantum ad quodlibet eorum determinatē, sed ne-  
cessario quantum ad aliquod indeterminate. Et per volun-  
tatem qua volumus necessario alterum indeterminate, &  
non hoc vel illud determinatē per prius habemus tale do-  
minus, & principalius per notitiam precedentem, quam  
per actum voluntatis sequente quia ex primo regulatur  
secundus, & non econverso. Notitia autem illa pertinet  
ad intellectum, quare &c.

19 Idem pater secundō ex parte actuū liberorū quorū  
dominium habemus consumiliter ve prius, quia illa poten-  
tia est per prius & principalius libera, cuius actum habe-  
mus per prius & principalius in potestate nostra. Sed talis  
est intellectus & non voluntas, quare &c. Maior de se pa-  
tet. Minor probatur, quia primi actus qui sunt in potesta-  
te nostra, sunt iudicium confluuiū aliquiū eligendi, &  
ipsa electio, inter hos autem actus prius est iudicium con-  
fluuiū (quod pertinet ad intellectum) & electio perti-  
nens ad voluntatem, electio autem regulatur per iudicium  
confluuiū, & non econverso determinatur, etiam electio  
necessario ad illud quod liberum cœlum est, ita quod vo-  
luntas non potest in oppositiō, nec respiciere quod est fibi  
propositum si intellectus iudicauerit finaliter & comple-  
tive aliquid, ut nunc eligendum, ut alias probatum est. Et  
sic tota libertas electionis continetur in libertate iudicij  
confluuiū. Et sic patet quod intellectus est liber per prius  
& principalius quam voluntas.

20 Ad primum argumentum in oppositum dicendum  
est & electio non est primus actus lib. ar. sed iudicium con-  
fluuiū intellectus determinantis electionem. Et ideo  
quanuis electio sit actus voluntatis, quia tamen libertas  
electionis depēdet ex libertate iudicij confluuiū, ideo in-  
tellectus est liber quam voluntas.

21 Ad secundū dicendum & maior propositio non est  
vera vniuersaliter, quia non omne posterius est perfectius,  
sicut qualitates sequentes formā substantialem non sunt  
perfectiores ea, sed imperfectiores. Et eodem modo ap-  
petitus sensitiū & intellectus, sunt imperfectiores sensu  
& intellectu, quod autē dicitur & natura procedit de im-  
perfecto ad perfectum, non est sic intelligendum & omnis  
forma posterior sit perfectior priore, sed quia perfectio-  
nes quae sufficiunt magis & minus, vel maius & minus  
processu natura, deducuntur de imperfecto ad perfectū.  
Sicut homo prius est puer, & postea vir, proficiendo in  
quantitate & vigore.

22 Ad tertium dicendum per interemptionē maioris,  
quia quanvis nulla sit culpa, nisi respectu eorum quorum  
habemus dominium per aliquem actum voluntatis. Ta-  
men quia illud dominii regulatur & depēdet ex notitia

Sancto Porciano

intellectus, & electio qua peccamus regulatur & depen-  
det ex conclusivo iudicio rationis, ideo libertas magis se-  
tenet ex parte intellectus, & voluntatis. Quod autem di-  
cit beatus Aug. & peccatum adeo est voluntarium, quod  
nisi esset voluntarium, non esset peccatum, ut & verum ei.  
Sed pro tanto, quia actus quo peccamus, vel et actus vo-  
luntatis, vel et actus a voluntate imperatus, vel ad ipsum  
concurrit voluntas, sed non excluditur intellectus regu-  
lans voluntatem.

23 Ad quartum dicendum per interemptionē mino-  
ris, quia intellectus, ut probatum fuit, non potest cogi re  
spectu actus intelligenti, sicut nec voluntas respectu actus  
volendi, respectu autem actuum imperatorū possunt cogi  
tare intellectus & voluntas. Et quando dicitur & Philo-  
sophi fuerunt coacti à veritate, potest respoderi dupli-  
citer. Vno modo quod impropriè accipitur ibi coactio  
pro necessaria adhæsione cum eidem veritate, que non  
est coactio, sed naturalis inclinatio potentie in tale obie-  
ctum, vel potest dici & Philo loquitur signanter. Quia  
non dicit quod intellectus fuerit coactus assentiendo cui  
cung; veritati, sed dicit quod quidam Philosophi fuerunt  
coacti assentire veritati, ille enim cogitur contra cuius in-  
clinationem fit. Et quia contra inclinationem voluntatis  
aliquorum Philosophorum voluntiam defendere suas fal-  
fas opiniones, fuit evidencia veritatis opposita, ideo ma-  
nifestata veritate voluntas eorum coacta est, cui placet  
oppositus assentit. Sed intellectus eorum non est coactus,  
cum inclinatio eius naturalis sit ad assentendum mani-  
festo vero, & sic voluntas coacta est, contra cuius inclina-  
tionem factum est, non autem intellectus.

24 Ad quintū dicendum quod potentia que est pura  
passim respectu determinationis actus, dummodo sit actus  
ua respectu exercitū actus, illa actiuitate qua possit fuisse  
re a iudicio conclusivo, modo quo dicta est prius potest  
esse libera: talis autē est intellectus sicut & voluntas. Imo  
magis & voluntas, ut declaratum fuit prius. Et ideo potest  
esse liberus & voluntas, & plusquam voluntas.

25 Ad sextū dicendum quod minor est falsa, quia ap-  
petitus sensitiū non obedit rationi, nisi mediante muta-  
tione, quæ fit circa potentias sensitiū apprehensivas,  
qua appetitus sensitiū necessario & præcisè sequitur iu-  
diciū sensus, ut declaratum fuit in quest̄ de habitibus.

26 Ad septimum dicendum & minor est falsa: quia in  
tellectus dei practicis de aliquo hendo cui respondet vo-  
luntas libera est liber, & per prius & principalius & elec-  
tio voluntatis secundum nostrum modum intelligendū. Et  
cum dicitur & Deus necessario sit quicquid sit, verū  
est quantum ad notitiam simplicem, quia cognoscit quid-  
itates rerum existentes vel possibiles, & quantum ad co-  
gnitionem speculativam & complexam. Sed quādam ad  
cognitionem practicam quia dicit aliquid fore vel nō fo-  
re, liber est, quia nihil futurum habet necessarium colli-  
gantiam cum bonitate sua.

27 Ad primum argumentum alterius partis quod vi-  
detur probare quod voluntas non sit libera, potest repon-  
deri & voluntas non est potentia distincta ab intellectu  
secundum aliquod absolutum, sed eadem natura abso-  
luta est quia intelligentia & voluntas, ita quod isti duo ac-  
tus sunt ab eadem natura absoluta ordine quadam, & sic  
illa natura que est voluntas est cognoscens, & per confe-  
quens libera. Secunda ratio bene probat & intellectus est  
per prius & principalius liber & voluntas, & hoc concedit  
Tertia similiter idem probat. Quarta vero quæ vis-  
detur probare quod ambae potentiae æqualiter sint libe-  
rae, non concludit, quia quanvis intellectus & voluntas  
essentialiter pertinet ad lib. ar. & in definitione eius po-  
nuntur, non oportet tamen quod æquales sint & æquali-  
ter libere, quia partes definitionis & definiti non oportet  
quod sint eiūdē gradus & eiūdē perfectionis in his que  
pertinent ad definitum. Et sic est in proposito.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrū ratio superior & inferior sint una potētia, an duae.  
Thom. I. q. 79. ar. 8. s. c. II.  
Secundo principaliter queritur, vtrum ratio superior  
& inferior sint una potētia, an duae. Et videtur quod sint  
duae, quia regulans & regulatum differunt realiter, sed ra-  
tio superior regit & mouet inferiorem, ergo &c.

2 Item